

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
à Festo || Pascæ vsque ad Aduentum in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE PRAESENTATIONIS MARIAE, IN TEMplum Euangelium. Matth. I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150413

Phili.

cuiusdam amoris erga fratres atq; ouiculas. In terris nihil præter aduersa, labores, pericula idq; genus alia habuerat, iamq; metâ accesserat, vt nō modo requie, verū etiam mercede frueretur proximè. Paratus tñ est, rursus inchoare, Deo si id fuisset visum: nō recuso labore. Hoc demū piè precari est: Fiat volūtas tua. Atq; hic ille Paulinus animus est. Cupio dissolui, inquit ille & esse eum Christo. Et Christus mihi viuere est & mori lucrū. An igitur hæc Antiphona pijs mētibus abūdè satis quod meditentur, indicare nō vldetur? O festā diem Christianis oībus dignā, qua his cogitationib⁹ occupamur. Et quid est, quod nunquā fere quā hoc ipso tēpore magis infanimus crapulis? Sed hæc nostra in diuos diuorumq; vitas intētio est. An autē hoc non est ridere & diuos & vniuersam Ecclesiā? Eō igitur diligētius in Martini exemplum respiciamus, si modò vt suos nos apud Deum cognoscat, volumus. Gratia Dei nobiscum, Amen.

IN DIE PRÆSENTATIONIS MARIAE, IN TEM- plum Euangelium. Math. 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahā. Abrahā genuit Isāac. Isāac autem genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Esrom. Esrom autē genuit Aram. Aram autē genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raehab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regē. Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea qua fuit Vriā. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autē genuit

nuit

nuit Aſa. Aſa aut̃ genuit Iofaphat. Iofaphat aut̃
genuit Ioram. Ioram aut̃ genuit Oziam. Ozias
aut̃ genuit Ioatham. Ioathã aut̃ genuit Achaz.
Achaz aut̃ genuit Ezechiam. Ezechias aut̃ ge-
nuit Manaffen. Manaffes aut̃ genuit Amon.
Amon aut̃ genuit Iofiam. Iofias aut̃ genuit Ie-
coniam & fratres eius in exilio Babylonico.
Porro poſt exilium Babylonici, Ieconias ge-
nuit Salathiel. Salathiel aut̃ genuit Zorobabel.
Zorobabel aut̃ genuit Abiud. Abiud aut̃ ge-
nuit Eliachim. Eliachim aut̃ genuit Azor. A-
zor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit
Achin. Achin autem genuit Eliud. Eliud aut̃
genuit Eleazar. Eleazar aut̃ genuit Matthan.
Matthan aut̃ genuit Iacob. Iacob autem ge-
nuit Ioseph, maritum Marię. Ex qua natus fuit
Ieſus qui dicitur Chriſtus.

EODEM FESTO EPI.

ſtolæ loco lectio. Eccle. 24.

EGo quaſi vitis fructificavi ſuaui-
tatem odo-
ris, & flores mei fructus honoris & hone-
ſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis & ti-
moris, & agnitionis, & ſanctę ſpei. In me gratia
omnis vię & veritatis: in me omnis ſpes vitę &
virtutis. Tranſite ad me omnes qui cõcupiſcitis me,
& à generationibus meis implemini. Memoria ete-
nim mea, ſive ſpiritus meus ſuper mel dulcis, & hæ-
reditas mea ſuper mel & fauim, memoria mea in
generationes ſeculorum. Qui edunt me, adhuc eſu-
rient: & qui bibunt me, adhuc ſitiēt. Qui audit me,
non confundetur: & qui operantur in me, non pecca-
bunt: & qui elucidant me, vitã eternã habebunt.

SERMO VNICVS.

Magna charissimi, hodie adest celebritas, præsentationis, inquam, Mariæ aduenit festiuitas. Quæ quidem in postremis Ecclesiæ festiuitatibus cœpit celebrari, vnde à quibusdam non magni momenti habetur, quibusdam etiam animo non celebratur, nobis tamen ideo minimè erit abiectior, quando ingenuorum liberorum est, plus quid pius pater doceat, quàm quid alij pij non faciant respicere. Id quod facientes, aliquando cum suprema Iudicij dies venerit, non quid alij prætermiserūt, sed quid nos fecerimus interrogabimur.

Rom. 14. Vnusquisque enim de suo facto rationem reddet. Certissimum est aut hanc quantūlibet multis aspernatam festiuitatem, pijs mentibus vehementer cōmodare. Nam

Roma. 8. & Paulus testatur, oia diligētibus Deū cooperari in bonum. Tum (quod experientia docet) multi sæpe ex paruis, ansis magnas res meditari incipiunt atq; facere. Titulos Psalmorum inspicere, & videbis David leuissimis sæpe occasionibus motum maximos composuisse Psalmos. Ita & hæc celebritas (quemadmodū de alijs etiā festiuitatibus dixi) pijs multa commodare posset. De quibus hic supersedeo. Illud tantū indicans, quod si nihil hæc festiuitas prodesset præterquā quod indicaret, quā decens, vtile, bonum, salutare, atq; necessarium sit, optimis, atque diuinis ministerijs à prima ætate assuesci, à nullo credente reijci aut aspernari possit. Quis enim in hac rerum perturbatione non videt, quā sit omnino necessarium pueros à primis annis statim ad meliora educare. Sed hæc negligere nos manifestum est, imò palam videmus plurimam parentum partem liberos suos Mundo atq; peccato assuefacere: liberos nunquā per se nimium (heu) ad eam rem promptos, nulloq; doctore egentes. Interea miseri nihil cōsiderant, quā libris suis calamitatem inferant ipsi, sese condemnent, & toti Mundo ridendos exponant. An non horrendū Mundo homicidium, an non corā Deo scelestissimum facinus esset, si quis libris suis panem subtraheret, venenatius perituri porrigeret? Quid autem aliud facis, cum eos ab omni virtute abstrahis, ab auditione verbi diuini retrahis, insuper peccandi occasionem suppeditas? An hoc

hoc nō est salutarem subtrahere cibum, & toxicum propinare? Quod si homicidiū quoquo modo perpetrātū, tanta poenae seueritate arguitur, & à Deo vindicatur: qui velis in iudicio perstare vide, qui non corpus, sed animam multo praestantiorē occidis: maximē, eorum qui à Deo peculiari ratione tibi tuæque fidei ante omnes commissi sunt. Longē secus atque rectius hodierna nos docet festiuitas. Ioachim enim atque Anna tempestiuus, in ipsa adolescentia filiolarum suarum in Dei templum praesentarunt. Tum ipsa tenera admodū virguncula spontē & expedita templum dominō ministratura accurrit. Vnde etiam hanc primam gratiam quotidie Deus augebat, ita plane, vt breui tempore viuū Dei templum facta, ipsum Dei vnigenitum quiescentem corporaliter in se contereret. Ecce quantum sit liberos statim ab incubulis ministerio Dei consecrare. Quod si hoc exemplū secuti fuerimus, in nulla gratia deficeremus. Et quidem totus Mundus de iuuentutis nostrae conqueritur leuitate, per se sanē maxima. Quod si aut rectē vouerimus singula considerare, nosmet in culpa esse intelligeremus. Quam enim pietatem filij filiaeque tui addiscant, qui nullius pietatis vestigium ipse exhibes? Quomodo Dei timentes erunt, quos à diuinis ad mundana abstrahis? Quomodo pudicitiam amabunt, qui impudicitiam meram in te conspiciunt? Eum te filiis tuis exhibe, quem Tobias atque Iacob, quorum ille filium suum à pueritia ad Dei timorem erudiit, hic quotidie pro filijs suis sacrificās dixit: Tantū ne peccēt filij mei. Hos sequere, nec deerit Deus sanctis conatibus. Ecce huic rei praesens feruit festiuitas. Quod si nihil aliud hinc commodi concipere potest, vel hoc solum, qua ratione filios filiasque tuas Deo praesentes, discas: sic nec frustra haec tibi dies praeterierit. Quod si & maius quid volueris, te ipsum etiam offeras, Deo sistas. Id si puer neglexisti, hodie incipe, adhuc tepus est, tātū nē nunc quoque negligas. Neque enim Deus sacrificium contemnit aut aspernatur vespertinum. Denique si quid piē mediteris desideras: quid virguncula haec in templo egerit commemora. Euangelium hodierna dominica die lectum respice. Si enim plebs ob miracula quaedam, tantam erga Christum

pietatem desideriumque conceperunt, ut in desertum vel
que sequentes inuiti ab ipso auellerentur: quæ arbitran-
da est Mariæ deuotio, quæ omnia Dei magnalia tam ex-
actè recensere atque cantare nouerat? Contrà, si Deus
ingrato atque defecturo populo, tantum quia ad tempus
sequebatur Christum, tanta beneficia exhibuit, quam pu-
tamus Mariæ gratiam exhibuit, quæ semel se Deo deuo-
uens, nunquā ab eo declinauit? Ecce tibi ea, quibus præ-
sens festiuitas seruit. Quæ, si secutus fueris, utique om-
nia ad dei honorem, ad virginis laudem, tuamque vili-
tatem conuertentur. Graua Dei nobiscum, Amen.

IN DIE SANCTÆ CA-
THARINAE EVANGELIUM

Matthæi 25.

Tunc simile erit regnum cœlorum decē
virginibus, quæ accipientes lampades
suas exierunt obuiam sponso & spon-
sæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quin-
que prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lam-
padibus, non sumpserunt oleum secum. Pruden-
tes verò acceperunt oleum in vasis suis cū lam-
padibus. Moram autem faciente sponso, dor-
mitauerunt omnes & dormierunt. Media au-
tem nocte clamor factus est, ecce sponsus ve-
nit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt om-
nes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.
Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Dateno-
bis de oleo vestro, quia lampades nostræ ex-
tinguuntur. Responderunt prudentes, dicen-
tes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite
potius ad vendentes & emite vobis. Dum au-
tem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ
erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clau-
sa est